MORTILOGIUM SANCTORUM

Salzburg (?), 1. Hälfte 15. Jh. Seite 13r

Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8138
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

mis innotuit sancti Thome evigilans visum plenarie
rehabuit. Item ydropica petiuit cum reliquijs sancti Thome
pectus eius signare et postea plene sanata est. Et cetera inter
alia miracula habentur in legenda sua.
d Natale sanctorum Philemonis et Appollonij dyaconorum qui 67
tenti et a iudice auditi, cum confitentes ydolis sacrificare
noluissent, perforatis calcaneis et funibus per foramina
missis per ciuitatem horribiliter sunt tracti. postea gladio
cesi martirium compleuerunt. Item pretiue virginis que leonibus
est tradita et ab ipsis suffocata. Item in egipto ubi Christus
cum matre virgine Maria et Joseph per septennium latitauit.
sanctorum martirum Adriani Theotici et aliorum trium quos iudex
submersos necauit in mare sed obsequio piscis delfini
corpora eorum littori sunt restituta.
e In Capadocia xl militum quibus in carcere orantibus Christus 68
apparens consolabatur eos. Horum sanctos Agricolaus preses
primo iussit lapidibus contundi. sed tortores se inuicem lapi
dibus cedebant. et sanctos tangere non valebant. Dux hos rap
to lapide ut percuteret aliquem sanctorum comminuit faciem presidis.
2o martires sunt ligati et in medio yeme in stagnum missi.
hora autem prima noctis tanto frigore stringebatur corpus sanctorum
martirum quod cutis corporum scinderetur. 3o extracti sunt de aqua et
crura omnium sunt fustibus validis confracta. Crates autem
sancti de currifragio obiceret. Post hec combusta sunt sanctorum corpora
et ossa in flumen sunt proiecta ne christianis tollerentur. Ipsi
vero sancti reuelabant post tres dies ossa sua esse in vado
in simul congregata. Illuc cum venit episcopus ossa tamquam velud lumina
refulgebant. que honorifice recondebat.
f Sanctorum martirum Alexandri et Gay. qui pro Christo exulatim 69
velut aurum in preslio sunt martirio coronati.
g In territorio herbipolensi sancti Chumperti pateroni 70